



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica Passionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

## DOMINICA PASSIONIS.

1.

*JESUS autem abscondit se. Joan. 8.*

In hodierno quidem Evangelio evasit Christus latronum manus, atque in rei memoriam absconduntur Crucifixi imagines: at in Passione, dum Pilatus eum flagellari jubet, non jam absconditur, sed abruptis vestibus totus nudus patet ad flagella. Imò carnificum crudelitate de novo absconditur, totus persusus sanguine: *Non est species ei, neque decor, & quasi absconditus vultus ejus, unde nec reputavimus eum,* ait Isaías c. 53. Consideremus accuratiùs acerbissimam flagellationem. *Mense XI. Disc. 331. pag. 471. per totum.*

2.

*Est Pater meus, qui glorificat me. Joan. 8.*

Postquam Christus à Juda proditus, à Petro negatus, à popularibus accusatus, à Pilato frustra defensus est, misit æternus Pater Angelum, qui judicis uxori in somnis apparuit, ad defendendamque Christi innocentiam animavit. Paruit illa, & præmium retulit: obsurduit iste, & periit. Erunt duo in lecto uno: unus assumentur, & alter relinquetur. Plurimum refert, aliorum monitis obsequi. *Mense XI. Disc. 329. pag. 443.*

3.

3.

*Quis ex vobis arguet me de peccato?*

*Joan. 8.*

Cùm nihil peccati in Christo invenire se posse viderent, impellente tamen odio extinctum illum vellent Judæi, maximo suo labore & incommodo urgebant mortem ipsius, suámque cæcitatem magis involvebant ac condensabant. *Labor laborum ipsorum operiet eos.* Ps. 139. v. 10. Malitia auxit cæcitatem. *Mense XI. Disc. 324.* pag. 370. à num. 8. ad finem.

4.

*Quis ex vobis arguet me de peccato?*

*Joan. 8.*

Nihil unquam invenit Judæorum invidia, quod meritò in Christo reprehenderent: nunc observabant eum: nunc quæstiones faciebant, ut caperent eum in sermone: nunc signa petebant: omnes eorum fallacias confutabat ille, sed maximè convincebat pendens in cruce. Qui enim ex sceleratissimis bonos facit, quomodo ille non optimus sit? Latronem ex blasphemæ fecit pœnitentem & martyrem, qui meritò tempore Paschalis Confessionis imitandus proponitur. *Mense XII. Disc. 344. pag. 138.*

5.

*Non auditis, quia ex D E O non estis.*

*Joan. 8.*

Pœnitudo, quæ Judæ cor propter proditio-

f 4

nem

nem Domini tetigit, tres pulchros & peccato-  
ribus necessarios fructus protulit: quibus uti-  
nam ille ad salutem suam usus fuisset! Multi  
Christianorum, dum pœnitentiam agunt, vix  
assequuntur illos pœnitentiæ suæ fructus, &  
propterea mirum non est, multos post confes-  
sionem non meliores, sed quandoque cumulatis  
peccatis pejores fieri. Contendant igitur om-  
nes seriam agere pœnitentiam, & Judæ interi-  
tum devitare. *Mense XI. Disc. 326. pag. 407.*  
*et sum. 10. ad finem.*

## DOMINICA PALMARUM.

1.

*Ecce Rex tuus. Matth. 21.*

Quod nobis in hodierno Evangelio Propheta  
insinuat, idem indicare voluit sponsa in Canticis  
C. 3. v. 11. *Egredimini & videte Filiiæ Sion Regem Salomo-  
nem in diademe, quo coronavit illum mater sua.* In-  
vitat nos nimis Ecclesia ad considerandum ho-  
die Christi diadema in triumpho palmarum; sed  
simul ad considerandam in ejus Passione coronam  
spineam, qua illum coronavit Synagoga. Hanc  
ille patientissime ferens confundit impatientiam  
nostram. *Mense XI. Disc. 332. pag. 484. usque  
ad num. 8.*

2.

*Ecce Rex tuus. Matth. 21.*

Christum hodie Solymas ingredientem magna  
plebis